ciuitatis narrauimus in tractatu de timore
iudicioꝝ̄ dei. Nunc vero ſufficit intellexiſſe
quantū beatuſ Jacobꝰ deo celi fuerit gratus
quē in hoc ſeculo tot virtutibꝰ pollere fecit ⁊
in futuro eterno bono donauit. Ad qḋ nos
ꝑducat clemētia xp̄i. Qui eſt bn̄dictus ⁊ lau
dabilis in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo quadrageſimus de laudibꝰ fidei
chriſtiane: q̄ veriſſima ꝓbatur extra quā nul
lus ꝯſequi pt̄ eternā ſalutē. In feſto ſanctoꝝ
Philippi et Jacobi recitandus.

In me credite. verba ſunt re
demptoris nr̄i. Joh. xiiij. c. ⁊ in eu
angelio p̄ntis ſolennitatis. decepti
pleriq̄ȝ a ſuo debili paruiſſimoq̄ȝ ingenio no
lunt acceptare illa q̄ deus nobis ſua benigni
tate reuelauit. Reputāt quippe ſtultū fore ac
ſatis leue ſi credant pure ⁊ ſimpliciter altiſſi-
ma fidei chriſtiane myſteria. Cōtra q̄s loqui
tur ſcriptura oñdens q̄ȝ ſit laudabile q̄ȝq̄ȝ vti
le ⁊ meritoriū credere diuinis abſq̄ȝ inquiſi-
tōe curioſa vel ꝯtradictōe. Scribit nāq̄ȝ Ge-
neſis. xv. c. Credidit abraā deo ⁊ reputatū eſt
ei ad iuſticiā. Et. ij. Paralip. xx. c. Credite in
dn̄o deo vr̄o ⁊ ſecuri eritis. et Eccl̄i. ij. c. Qui
timetis deū credite illi ⁊ nō euacuabitur mer
ces vr̄a. Et ad Roma. x. c. Corde enī credit
ad iuſticiā. et Marci vlti. c. Qui crediderit ⁊
baptiſatus fuerit ſaluꝰ erit. qui vero nō cre-
diderit ꝯdemnabitur. Et Joh. i. c. Dedit eis
ptātem filios dei fieri his qui credūt in noīe
eius. Et. iij. c. Sic deus dilexit mundū vt fi
lium ſuū vnigenitū daret: vt oīs qui credit
in illū nō pereat ſȝ habeat vitā eternā. Et. vij
ca. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura flu-
mina de ventre eius fluēt aq̄ viue. Et. viij. c.
Si nō credideritis moriemini in pc̄cō vr̄o.
Et. xi. c. Qui credit in me etiā ſi mortuus fu
erit viuet. Et. xx. c. Bti qui nō viderūt ⁊ cre-
diderūt. Et vlti. c. Credentes vitā habeatis
in noīe eius. Et Luce. ij. ca. Elizabeth a ſpū
ſcō mota dixit immaculate virgini. Btā que
credidiſti. Et licȝ iſta ſufficerēt ad extinguē-
dam nequiciā hoīm elatoꝝ. verūtn̄ oñdemꝰ
in p̄nti ſermone fidei nr̄e clariſſimā veritatē.
Hanc p̄dicauerūt philippus ⁊ iacobꝰ apl̄iq̄ȝ
ceteri. hāc didicerūt a xp̄o: hanc deniq̄ȝ ꝓprio
ſanguine defenderūt. Neq̄ȝ dari pt̄ alia fides
ꝑter iſtam in qua ſperari poſſet eterna ſalus.
Una inquit textus in. c. firmiter. de ſum. tri.
et fi. ca. eſt fideliū vniuerſalis ecc̄ia extra quā
nullus oīno ſaluat. Et apl̄s ad Epheſios. v
c. ait. Unus deus vna fides q̄ ſcȝ credit xp̄m
deū ⁊ hoīem de virgine natū ſaluatorē mun-
di. Qr aūt iſta fides veriſſima ſit ⁊ indubitata
ꝓbare poſſumus triplici rōne.

¶ Prima dicitur mundialis acceptatōis.

¶ Scd̄a paſſionalis toleratōnis.

¶ Tercia diuinalis magnificatōis.

¶ Qr fides xp̄i vera ſit oſtendit eo q̄ mūdus
totus illā acceptauit mediante p̄dicatōe aplo
rum qḋ fieri nō potuiſſet abſq̄ȝ virtute dei et
miraculis euidentibꝰ. ¶ Capitulū. i.

Prima rō qua ꝓbat q̄ vera ſit fides xp̄i
dr̄ mūdialis acceptatōis. Nō enī abſq̄ȝ
virtute dei fides iſta acceptata fuit in toto ter
rarum orbe a ꝑplis: a phis: a regibꝰ ⁊ imperato
ribus. Clarū quippe eſt q̄ ante p̄dicatōȝ apo
ſtoloꝝ mundus totus ſupſtitōibꝰ varijs no-
xijſq̄ȝ erat immerſus. Et vt in ſermone ſcd̄o
huius opis diximus. Alij colebāt ꝓ deo ce-
leſtia corꝑa. Alij elementa inſenſibilia. Alij
corruptibiles hoīes ac mortales. Alij beſti-
as ⁊ ſerpentes. Alij deniq̄ȝ idola vana ſurda
et muta. Ob qḋ et innumera flagicia ꝑpetra
bant atq̄ȝ ritus deteſtabiles obſeruabāt. Nā
vt inquit Euſebeus panphili li. i. de euange
lica preparatōe. Perſe mr̄es ꝓprias nephan-
dis nuptijs cognoſcebāt. Scite carnibꝰ ve-
ſcebantur hūanis. Maſſagete ⁊ derbices ꝓ-
pinquos ⁊ affines ſuos ſenectute ꝯfectos mi
ſerrimos putantes interficiebāt immolando
ipos idolis: deniq̄ȝ comedebāt. Tibareni ſe-
niores ſuos viuos p̄cipitabāt. Et vt tradunt
Manethus hiſtoricus Egyptius ⁊ Apol-
lodorus: ⁊ Philo qui fenicū ſcripſit hiſtoriā
Et Dioniſius alicarnaſea vir romane hiſto
rie ac italice peritiſſimus: ita pr̄ vnicū filiū di-
lectum: mater filiā demoni tanq̄ȝ ouē ſacrifi-
cabant. Oīa tn̄ iſta ⁊ ſilia p̄dicatōe aploꝝ pe-
nitus ſunt deleta. Omiſſis aūt ceteris. Nōne
philippus apl̄s Scitaꝝ gentes ad xp̄m con
uertit? Ipſe quidē illis euangeliū xp̄i ꝑ an-
nos. xx. feruentiſſime p̄dicauit. Ubi quattu-
or miranda fecit. Primo draconem expulit:
nam cum aīal illud immaniſſimū ſub ſtatua
martis lateret indeq̄ȝ exiuiſſet interfeciſſetq̄ȝ
filiū pontificis et duos tribunos: iuſſu beati
philippi in locū deſertū deſcendit: nulliq̄ȝ de
cetero nocuit. Scd̄o idolū martis cōfringi
iuſſit: et loco eius crucē xp̄i erexit quā oēs fi-
deliter adorauerūt. Tercio om̄es morbidos
flatu draconis perfecte ſanauit: et illis tribus
mortuis vite beneficiū reſtituit: qui oēs cre-
diderūt in xp̄m et baptiſati ſunt. Quarto he
reſim ebionitaꝝ qui carnē xp̄i fantaſticā do-
gmatiſabant extinxit. Erant aūt illi due filie
ſacratiſſime virgines ꝑ quas dn̄s multos ad
fidē conuertit. Notandū tn̄ hoc loco q̄ fuit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alius philippus vnus ex ſeptem diaconibus de quo ſcribitur in actib9 apl'oꝝ: de quo dicit Hiero. in martilogio ꝙ octauo idus Julij ſignis ⁊ virtutib9 inclitus apud Ceſareã requieuit: iuxta quem filie eius tres tumulate ſunt nam quarta apud epheſum requieſcit. Primus ergo philippus ab iſto differt: quia ille fuit apl's iſte diacon9. Jlle quieſcit apud ieropolim. Jſte apud ceſareã Jlle habuit duas filias ꝓphetiſſas. Jſte quattuor: licȝ hiſtoria eccliaſtica videat᷑ dicere ꝙ fuit philippus qui habuit quattuor filias ꝓphetiſſas. ſed in hoc magis Hiero. eſt credendũ. De philippo itaqȝ apl'o ita ſcribit Ambroſius in li. de vita et obitu ſcõꝝ. Philippus gentilib9 p̄dicat xp̄m: barbaraſqȝ gentes vicinaſqȝ tenebris et mari occeano ꝯiunctas ad ſciẽtie lumẽ fidei qȝ portũ deducit: demũ in Jerapoli frigie ꝓuincie vrbe crucifixus: lapidatuſqȝ obijt ſimulqȝ cũ filiab9 ſuis ibi requieſcit. Diximus iam ꝯuerſionẽ ſcitaꝝ aliarũqȝ gentiũ factam p̄dicante philippo: apl'iſqȝ ceteris. Nõ vtiqȝ ſine deo adiuuãte ꝑfici minime potuiſſet. vt eni ſcribitur Marci vlti. c. Apl'i p̄dicauerũt vbiqȝ dño coopante ⁊ ſermone ꝯfirmante ſequentib9 ſignis. Non ꝯfirmaſſet deus illoꝝ ſermonẽ: neqȝ ſigna fuiſſent ſecuta: niſi fides quã p̄dicabãt vera fuiſſet. Propterea Aug9. li. xxij. de ciui. dei inquit. Tria eſſe magna et ſm naturã incredibilia. Primũ eſt xp̄m dei filiũ de virgine natũ ⁊ paſſuȝ ⁊ in cruce mortuum atqȝ in ſepulchro poſitum: reſurrexiſſe tercia die: ⁊ quadrageſima poſtq̄ȝ ſurrexit ad celos aſcendiſſe. Dum phi: Stoici: Epicuri et reliqui audiebãt Athenis paulũ iſta p̄dicantem. Aliqui dicebãt eum ſemiuerbiũ. id eſt ſeminatorẽ verboꝝ. Alij vero addebant: annunciatorẽ nouoꝝ demonioꝝ id eſt nouarum ſcientiaꝝ videtur eſſe. vt dicitur Actuũ xvij. c. Scõm magnũ et incredibile eſt totũ mundũ crediſſe illud primũ. Nam vt patet oẽs natões relictis ſupſtitionib9 idolatrie crediderũt in chriſtũ. Quod etiã ꝯfirmari p̄t: quia Roma abiecta idolatrie ſpurcicia xp̄m ꝯfeſſa eſt et vſqȝ in p̄ñs illum crucifixũ adorat. Neqȝ vt quidã aiunt indocta plebs ſuaſioni apl'oꝝ conſenſit: quinimo ⁊ phi clariſſimi ⁊ ciues honoratiſſimi ⁊ reges ⁊ principes ac ſapientiſſimi viri xp̄m ſunt venerati. Terciũ magnum ⁊ ſm naturã incredibile eſt mundũ totũ primũ incredibile crediſſe p̄dicatione apl'oꝝ qui neqȝ pollicebant᷑ temporalia bona: neqȝ voluptati fauebant: neqȝ vitam tp̄alem tuendam dicebãt. Sed p̄dicabant mundi ꝯtemptũ: paſſionũ tolerantiã: et mortis violente deſiderium: non in pulcritudine ⁊ elegantia oꝛõis: nõ in vi armoꝝ populos attraxerũt vt crucifixo ieſu chriſto diuinum exhiberẽt honorẽ. O res admodum ſtupendiſſima. O inuicta virtus oĩpotentis dei duodeci ſimplices hoĩes a xp̄o electi potuerunt in oẽs ꝓl'os et nationes veritatẽ euangelicam diſſeminare. Aut igitur miraculis et ſignis fidẽ quã p̄dicabant vt infideles illam acceptarent ꝯfirmauerunt. Et ſic apparet ꝙ in eis tanq̄ȝ fidelib9 nuncijs eterne vite effluxit diuina grã. Aut ſi abſqȝ miraculis id fuit effectũ: et hoc vtiqȝ miraculũ ꝑmaximũ erit cenſendũ: vt ſimplici ꝑſuaſioni apl'orum crediderit totus mundus: rem primam tam grandẽ et vt predictũ eſt ſm naturã incredibilẽ. Sed quidã inſenſati obijciũt nobis. ꝙ ſi ideo eſt vera fides chriſti qꝛ ab om̃ibus nationib9 fuit ſuſcepta: pari modo dicere poſſum9 ꝙ ſecta Magumethi iam quaſi vbiqȝ dilatata fuerit a deo: et ꝑ ꝯſequens magumetani p̄nt ſperare futurã ſalutẽ. Ad hoc rñdemus. Primo qꝛ ſecta illa multa cõtinet ſtulta ⁊ irrõnabilia et p̄ter illa que vitã Magumethanoꝝ voluptuoſam ⁊ brutalẽ oſtendunt: id maxime eſt attendendũ: videlicet ꝙ illoꝝ beatitudo adhuc in voluptate finietur Nam vt aſſerunt: ꝓmiſit deus ſeruantib9 legem Magumeth ꝑadiſum. i. hortũ delitiaꝝ aquis preterfluentib9 irrigatuȝ: in quo ſedes habebũt ꝑpetuas: nec frigore aut eſtu aliquo affligentur: omnib9 ciboꝝ veſcent᷑ generib9 Sericis veſtimentis oĩs coloris induent᷑: et virginib9 ſpecioſiſſimis cõiungent᷑. Jn delitijs oĩb9 accumulabũt: quib9 angeli pincernarum more cũ vaſis aureis ⁊ argenteis miniſtrabunt offerentes eis vinũ lac et mel. dicentes. comedite et bibite in leticia. Tria namqȝ flumina ſcȝ lactis et mellis et vini optimi aromatici eos habere dixit Magumeth in paradiſo: et ꝙ angelos pulcerrimos ſunt viſuri adeo magnos ꝙ ab vno oculo angelĩ vſqȝ ad celũ ſit ſpacium vnius diei. Contra quas fatuitates inquit Auicenna. ix. metaphyſice. c. vij. lex nr̃a quã dedit Magumetus oſtendit diſpoſitionẽ felicitatis ⁊ miſerie que ſunt ſm corpus. Sed eſt alia ꝓmiſſio q̄ apprehendit᷑ ab intellectu. Sequitur. Sapientibus multo magis fuit cupiditas ad cõſequendum hanc felicitatẽ q̄ȝ corpoꝝ: que q̄ȝuis daretur eis tñ non attenderũt nec appreciati ſunt eam ꝯpatione felicitatis que eſt coniuncta prime veritati. Scdo lex illa multo veneno cõmixta eſt. Nam aſſerit in ſuo alcorano Magumeth. ꝙ Moiſes fuit magnus

ꝓpheta: ſed chriſtus maioꝛ ⁊ ſummus ꝓpheta
rum natus ex maria ꝟgine virtute dei abſqꝫ
hoīs ſemine. Sꝫ venenū immiſcuit: qꝛ xp̄m
nō vere paſſum nec vere reſurrexiſſe dixit: ſꝫ
aliū quendã hoīem ſibi ſilēm hoc egiſſe vel
paſſum eſſe docuit. Tercio ipe maximus fuit
deceptoꝛ qui rudes ꝑp̄los facile ꝑuertere po-
tuit. Nam ſecutus Epicuri doctrinā cū fin-
xiſſet multa falſa: ſibi credētibꝫ indulget oēꝫ
laſciuiā. De epicuro quippe ſic ait Lactantiꝰ
li. diui. inſtitu. Epicuri diſciplina multo ce-
lebrioꝛ ſemꝑ fuit q̄ꝫ ceteroꝝ: nō qꝛ veri aliq̄d
affert: ſꝫ qꝛ multos ad populare nomē volu-
ptatis inuitat. Nemo eni nō in vicia ꝓnus
eſt. Preterea ad ſe multitudinē ꝯtrahat: oppo
ſita ſingulis quibuſqꝫ moribꝫ loquit̃ deſidio
ſum. Vetat lr̃as diſcere: auarū populari lar-
gitione liberat: ignauum ꝓhibet accedere ad
rempublicā: pigrū exercere: timidū militare:
hec ille. Pari modo magumeth ſeq̄ntibꝫ illū
ad luxuriandū ⁊ foꝛnicandū liberā licentiã
largitur. Fuit aūt t̄pe bonifacij quarti ⁊ He
raclij impatoris ex gente arabū qui vt aiunt
conſilio cuiuſdā Sergij monachi apoſtate:
multa calliditate ⁊ aſtutia decepit arabes: de
inde vſqꝫ ad t̄pa nr̃a: neſcimus quo iudicio
dei maximā oꝛbis ꝑtem coꝛrupit. Cui nihil
efficacius obijcere poſſum q̄ꝫ ſua deliramēta
q̄ in libꝛis ſarracenoꝝ inueniunt̃ deſcripta.
In alcoꝛano quippe Magumethꝰ ait. Lauſ
eius ſit qui tranſire fecit ſeruū ſub vna nocte
ab oꝛatoꝛio hellaꝝ que eſt domus Mecque
vſqꝫ ad oratoꝛiū remotiſſimū que eſt domus
ſancta in hierl̃m quā bñdiximus Expoſitio
huius ſnīe eſt in li. qui dr̄ arabice balmacriſ
qd̄ latine interꝑtatur in altū aſcendere. Et iō
vulgariter dr̄ ſcala magumeth. Ibi inducit̃
magumeth qui de ſe loquens dicit ridendas
ac deteſtandas fatuitates. Prima ꝙ cum doꝛ
miret ⁊ in lecto iuxta vxoꝛeꝫ in Mecqua in
arabia apparuit ei gabꝛiel angelus et dixit ei
Surge ⁊ veni poſt me. cūqꝫ ſurrexiſſet et ve-
niſſet ad portā domus vidit ꝙ gabꝛiel tene-
bat ꝑ habenas quandā beſtiā cui nomē erat
Alboꝛath q̄ erat grandioꝛ aſino: et habebat
faciē hoīs: et crines de perlis: pectus de ſma-
raldo: caudā de rubino: oculos clarioꝛes ſo-
le: pedes ⁊ vngulas ad modū cameli: Sellā
ꝑcioſam de perlis et auro. Et erat illa beſtia
circūdata angelis qui cuſtodiebant eam. Et
cum dixiſſet angelus Magumeth aſcende ⁊
equita. beſtia ſtare nolebat. Cui dixit angelꝰ.
Alboꝛath ſta in pace: qꝛ nunq̄ꝫ talis hō equi
tauit ſuꝑ te nec equitabit. Tūc beſtia interro
gauit. Quis eſt iſte? et gabꝛiel rn̄dit. Hic eſt
magumeth dei nuncius et ꝓpheta magnus.
Vt hec audiuit beſtia ſtetit ⁊ magumeth equi
tauit: et gabꝛiel tenuit ſibi ſcandile ſiue ſtaf-
fam. Scd̄a fatuitas ꝙ alboꝛat ꝯfeſtim ire ce-
pit cito ⁊ ſuauiter: Et paſſus eius ita magni
erāt ꝙ inter vnū paſſum ⁊ aliū erat tantū ſpa-
cij quantū poſſit hō longius ꝓprijs oculis re
ſpicere a remotis. Tercia fatuitas ꝙ ſic aſſo-
ciatuſ ab angelo ꝑuenit ad templū in hierl̃m
et inuenit oēs ꝓphetas ſtantes ibi quos deus
fecerat exire de ſepulchꝛis vt honoꝛarēt ipm
magumeth: qui ſalutauerūt eum gaudētes et
amplexantes. Quarta fatuitas ꝙ euntes tē
plum angelus oſtendit ei quandā ſcalā que
durabat a terra vſqꝫ ad primū celū et erāt gra
dus illius de lapidibꝫ ꝑcioſis ⁊ angeli circū-
dabant eam. Tūc gabꝛiel dixit illi. Aſcende
magumeth: et aſcendit: et gabꝛiel ⁊ alij ange-
li aſſociabāt eum. Cūqꝫ aſcendiſſꝫ inuenit in
via vnū angelū ita magnuꝫ ꝙ tenebat caput
ſuū ſupꝛa celū et pedes eius in abyſſum. Et
erat factus ad modū galli: cui deus oſtende-
bat qñ erat oꝛandū. nam veniebat ad eū que
dam vox de celo dicēs. Tu creatura que deo
es obediens lauda deū. Et mox ille angelus
dicebat alta voce. Bñdicat̃ deus rex ſanctiſ-
ſimus. quo dicto: galli qui ſunt in terra can-
tabant. Quinta fatuitas. ꝙ vidit quendā ali
um angelū cuius medietas erat ignis ⁊ me-
dietas nix: nec ignis deſtruebat niuē nec cō-
tra. qui etiā laudabat deū oꝛans ꝙ ſicut in co
ꝯiunxerat igneꝫ et niuē ſic cōiungeret coꝛda
gentiū que ipi deo eſſent obedientes. Sexta
fatuitas ꝙ ꝑuenit ad celū lune qd̄ erat totuꝫ
ferreū. Et cū pulſaret gabꝛiel ad portā: venit
quidā angelus ita magnus ꝙ ipe habebat in
longitudine ſpaciū itineris hoīs ꝑ mille an-
nos et tantundē in latitudine. Et portis ap-
tis ab iſto angelo magumeth intrauit. Se-
ptima fatuitas ꝙ cū intraſſet ibi vidit ange-
los qui habebāt facies hoīm ⁊ coꝛꝑa ad mo-
dū vaccaꝝ ⁊ alas ad modū aquilaꝝ. Et erāt
in numeco ſeptuaginta milia capita. Et qd̄-
libet caput ſeptuaginta milia coꝛnua. Et qd̄
libet coꝛnu ſeptuaginta milia nodoꝝ: ⁊ inter
vnū nodū ⁊ aliū erat ſpaciū itineris hoīs per
quadraginta annos Et in quolibet ꝑdictoꝝ
capitū erant ſeptuaginta milia facies. Et q̄li
bet facies habebat ſeptuaginta milia oꝛa Et
quodlibet os ſeptuaginta milia linguas: et q̄
libet ex illis linguis ſciebat ſeptuaginta mi-
lia loquelas ⁊ laudabāt deū ſeptuaginta mi
libus hoꝛis in die. Octaua fatuitas ꝙ ꝑue-
nit ad ſcd̄m celū qd̄ erat eneū. inde ad terciū
qd̄ erat argenteum poſtea ad quartū qd̄ erat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aureū. Et in hoc vidit ſeptuaginta milia an⸗
geloꝝ: qui oēs habebāt facies aquilaꝝ. Et q̄
libet ala habebat ſeptuaginta milia pennas:
et quelibet penna habebat in longitudine ſe⸗
ptuaginta milia cubitoꝝ. Nona fatuitas ꝙ
poſtea ꝑuenit ad quintū celū qḋ erat totū de
perla: et hic vidit vnū angelū qui totus erat
de igne: ⁊ habebat ſeptuaginta milia brachia
Et in q̄libet ſeptuaginta milia manus Et in
q̄libet manu ſeptuagīta milia digitos. Deīn
venit ad ſextū celū qḋ erat de ſmaraldo. ⁊ ad
ſeptimū qḋ erat de rubino. Et tandē ad octa
uum qḋ erat de topaſion: ⁊ hic inuenit deū q̄
dixit q̄liter elegerat eum ⁊ ordinauit ei legē
et oīa q̄ debebat facere. Et tandē rediȷt ꝑ ean⸗
dem viā vſqꝫ ad finē ſcale ⁊ equitauit Albo⸗
rath et venit ad domū ſuā et inuenit vxorem
ſuā in lecto que dormiebat: narrauitqꝫ ei oīa
que geſta fuerāt. Ecce qualibꝫ figmentis dia
bolicis vſus eſt magumeth: in quibꝫ nil con
gruum: nil rectū: nil rōnabile: nil deniqꝫ ve⸗
riſimile inuenit̄. Sed et fidei nr̄e decora my
ſteria honeſtiſſima et vera ac rōnabilia ſunt.
Nam vt inquit Scotus in ꝓlogo primi li⸗
bri ſententiaꝝ. Quid rōnabilius q̄ꝫ deū ſup
oīa diligere ⁊ ꝓximū ſicut ſeipm̄. De deo aūt
nil credimus qḋ aliquā impfectōꝫ importat
immo quicquid de illo dicimus atteſtat̄ ꝑfe⸗
ctioni diuine: ſicut patꝫ de trinitate ꝑſonaꝝ:
de incarnatōne verbi ⁊ hmōi. Ob qḋ Aug⁹.
li. ij. de ciui. dei. c. xxviij. ait. Nihil turpe aut
flagicioſum ſpectandū: imitandūqꝫ ꝓponit̄:
vbi veri dei aut p̄cepta mandant̄ aut miracu
lā narrant̄: aut dona laudant̄: aut bn̄ficia po
ſtulantur. Quicq̄d igit̄ magumeth fecit vt
ſua ſecta reciperet̄ malicia ⁊ dolo ꝯpleuit. Nō
ſic apl'i de quibꝫ iā p̄dictū eſt: ꝙ tꝑalia bona
oīno ſpernēda: vicia deteſtanda: ſeq̄ndas vir
tutes: deſiderandāqꝫ futurā vitā ſuaſerūt.
¶ Ex vera eſt fides xp̄i ex eo ꝙ ꝓ illius ꝯfeſ⸗
ſione tot hoīes ⁊ mulieres mortē violentam
forti aīo tulerūt.

¶ Capitulū. ij.

Secunda rō qua ꝓbatur ꝙ vera ſit fides
xp̄i dr̄ paſſionalis toleratōnis. Pro iſta
quippe fide tot milia milium vtriuſqꝫ ſexus
martyriū pati vſqꝫ ad mortē ꝯſtantiſſime vo
luerunt. in quibꝫ tria ſunt ꝯſideranda.
¶ Primū eſt numeroſitas.
¶ Secundum bonitas.
¶ Tercium nouitas.
¶ Primū qḋ eſt ꝯſiderandū in his qui ꝑ cri
ſto martyriū paſſi ſunt: dr̄ numeroſitas. Nā
ſi pauci eſſent fortaſſis quis diceret illos fu⸗
iſſe deluſos: Sꝫ quō illos numerare valebi⸗
mus cū ꝑſecutio xp̄ianoꝝ facta fuerit ꝑ orbē
a tot impatoribꝫ ſucceſſiue. Nā vt inquit au
guſti. li. xviij. de ci. dei. Quidā voluerūt de⸗
cem fuiſſe ꝑſecutōes eccleſie. Prima fuit Ne⸗
ronis. Scḋa Domitiani. Tercia Traiani.
Quarta Antonini. Quinta Seueri. Sex⸗
tu maximini. Septima Decij. Octaua Va⸗
leriani. Nona Aureliani. Decima Diocletia
ni ⁊ Maximiani. Sub quibus innumera⸗
biles viri et mulieres ꝓ ꝯfeſſione fidei exqui
ſitiſſimis cruciatibꝫ afflicti: mortem forti aīo
tulerunt. Et vt refert Hiero. in martilogio.
Tpe diocletiani ⁊ maximiani intra vnū mē
ſem decē et octo milia xp̄ianoꝝ martyrio co⸗
ronati ſunt. Si igit̄ in ore duoꝝ vel triū te⸗
ſtium ſtet omne verbū. vt dr̄ Deut. xix. c. Et
Matth. xviij. c. Et extra de teſti. c. licꝫ. Quā
to magis ſtandū erit veraciſſimo teſtimonio
ſcōꝝ martyrū. Propterea inquit Hiero⁹. in
queſtionibꝫ ad helbidiā. Triumphus dei eſt
paſſio martyrū: ꝑ xp̄i noīe cruoris effuſio et
inter tormenta leticia. Cum enī quis viderit
tanta ꝯſtantia ſtare martyres atqꝫ torqueri ⁊
in ſuis cruciatibꝫ delectari: odor noticie dei
diſſeminat̄ in gentibꝫ ⁊ ſubit tacita cogitatio
ꝙ niſi verū eſſet euāgeliū nunq̄ꝫ ſanguine de
fenderet̄. ¶ Scḋm qḋ eſt ꝯſiderandū in his
qui ꝓ xp̄o martyriuꝫ paſſi ſunt: dr̄ bonitas.
Nō enī erāt vicioꝝ amatores aut tꝑaliū bo⸗
noꝝ auidi: q̄n vt apparet vitā ꝓpriā ꝯtēnebant
Ideo ſuſpecti eſſe de mendacio aut falſitate
nō pn̄t. Nā vt inquit Lactanti⁹ li. i. diui. in⸗
ſtitu. Volūtas fingendi ac mentiendi coꝝ eſt
qui opes appetūt: qui lucra deſiderāt: que res
ꝓcul a ſcīs viris fuit. Et vt ait Hiero. ad pal
machiū. Si iocando paſſi ſunt credant̄ io⸗
cando locuti: ¶ Terciū qḋ eſt ꝯſiderandū in
his qui ꝓ xp̄o paſſi ſunt: dr̄ nouitas. Nā nō
erant a teneris annis educati in fide xp̄i: ſꝫ ꝓ
maiori pte multi ex eis nouiter ad fidē ꝯuer
ſi: letiſſimi ad martyriū ꝯuolabāt. Hoc aūt fi
eri nō potuiſſet abſqꝫ interiori auxilio diui⸗
ne grē: et exterioribꝫ ſignis: miraculis ac reue
lationibꝫ. Que cornelius tacitus negare nō
audens qꝛ gentilis erat: xp̄ianos genus ma
leficū appellauit. Sed reuera oīa illa nō ma⸗
leficio immo dei virtute fiebant. Quiſnā non
miret̄ Tiburtiū et Valerianū nobiles Ro⸗
manos in gentilitate nutritos a Cecilia vir⸗
gine ad hoc inductos fuiſſe vt mortē ꝓ xp̄o
ſubire nō formidarēt. Quid de Romano di⸗
cemus qui dum ſemꝑ idola coluiſſet: militiā
qꝫ exercuiſſet: a btō laurentio martyre bapti⸗
ſari popoſcit. Dum enī iuſſu Decij laurenti⸗
us ſcorpionibꝫ cedebat̄: is romanus clamā⸗
do dixit. O laurenti video ante te iuuenem

pulcerrimum ſtantẽ et membra tua cum lin-
theo extergentẽ: adiuro te ergo ꝑ dñm nõ me
derelinquas ſed feſtina me baptiſare. Solu-
tus ꝟo laurentius ⁊ in cuſtodia recluſus hy
politi: Romanus afferens vrceũ cũ aqua ad
pedes laurentij ꝓcidit: et ſacrũ ab eo baptiſ-
ma ſuſcepit. Qđ vbi Decius cõperit: fuſtibꝫ
iuſſit eum cedi deinde decollari. Hypolitus
ipſe inſuꝑ qui carceres cuſtodiebat a btõ lau
rentio cũ om̃i ſua familia baptiſmũ ſuſcepit.
Qui poſtꝗ laurentij corpus ſepeliuit: venit
in domũ ſuã: vt in eiꝰ legenda narrat: et dãs
pacẽ ſeruis et ancillis ſuis oẽs ſacro altaris
qđ Juſtinꝰ pſbyter obtulerat cõicauit. Poſt
qđ appoſita menſa priuſꝗ cibũ ſumerent: ve
nientes milites eum rapuerũt ⁊ ad Ceſarem
adduxerũt. Cui Decius. Nunqđ tu magus
effectus es q̃ corpus laurentij ſepeliſti? Cui
hypolitus. Hec feci nõ quaſi magus ſed vt
xpianus. Cõtra quẽ tyrannus deſeuiẽs fecit
eum fuſtibꝫ cedi: et pectinibꝫ laniari. Et cũ in
ter tormenta ſemꝑ xp̄m ꝯfiteret. Decius oẽꝫ
familiã eius adduci fecit: iuſſitꝗ ꝯcordiã de
xp̄o loquentẽ que nutrix erat hipoliti tãdiu
plumbatis cedi quouſꝗ ſpm̃ emiſit. Tandẽ
hypolitus cũ oĩ familia extra portã tyburri-
nam adductus fuit: vbi in ꝯſpectu hypoliti
oĩm capita amputata fuerũt. Hypoliti vero
pedes ad colla indomitoꝝ equoꝝ ligati ſunt
atꝗ ſic ꝑ cardos ⁊ tribulos tãdiu tractus eſt
donec ſpm̃ exhalauit. Quoꝝ aũt corpa Juſti-
nus pſbyter rapuit ⁊ iuxta corpus ſancti lau
rentij ſepeliuit. Si oĩa hmõi vellemus expri
mere: longiſſimis ꝓfecto ſermonibꝫ foret vtẽ
dum. Sꝫ pauca hec q̃ ꝯmemorauimuſ ideo
dicta ſunt: vt appareat veritas fidei: quã illis
tpibꝫ ꝯfiteri nil aliud erat niſi dira ſupplicia
et mortẽ exquirere. Et tñ vt p̄diximus innu
merabiles quodãmodo ſunt inuẽti: qui mar-
tyres torquebant: relicto gentilitatis errore
publica voce chriſtianos ſe aſſerẽtes: ad mor
tem vltro tendebant.

¶ Ex fides chriſti vera eſſe probatur ex eo ꝙ
deus illã ꝯtinuis miraculis magnificat etiã
temporibꝫ nr̃is.

¶ Capitulum. iij.

Tercia rõ qua ꝓbat ꝙ vera ſit fides xp̄i
ſꝫ diuinalis magnificatõis. Magnifi
cata quippe eſt fides iſta ab oĩpotenti deo in
opibꝫ miraculoſis. Et antiquis dimiſſis: pſe
ramus ea q̃ quotidie oculis nr̃is ꝓſpicimus
que in tribꝫ generibꝫ diſtingui pñt.

¶ Primũ dicitur odoratõis.
¶ Secundum ſcaturitionis.
¶ Tercium conditionis.

¶ Primum genus miraculoꝝ que quotidie
videmus ſꝫ odoratõis. Nam qui baptiſmi
lauacro ſunt regenerati odore quodaꝫ ſuaui
ab infidelibꝫ diſtinguunt. ipi vero infideles
qui nõ ſunt baptiſati fetore quodã intolera-
bili deturpant. Teſtor deũ ⁊ angelos eius: ꝙ
dum ſemel Brunduſij pectoris dolorem in-
curriſſem. Quidã medicus iudeus nõ voca
tus ad me venit: qui ꝗprimum intrauit cel-
lulam in qua iacebã in lectulo: fetore ſuo ita
turbauit ſtomachũ meũ vt viderer euomere
velle oĩa viſcera ⁊ inteſtina: nec quieſcere po-
tui donec a me licẽtiatus diſceſſit. Quid plu
ra? Audiui ego a ꝗplurimis et fidedignis.
Ꝙ in caſtello ſancti petri ꝓpe Rhodũ qđ mi
lites ſancti Joannis hieroſolymitani tuent:
ſunt canes ferociſſimi qui in die ligantur: in
nocte vero ſoluunt ⁊ extra caſtellũ liberi di-
mittuntur: hi ſi chriſtianũ aliquẽ inueniunt
nullã ei moleſtiã inferũt. Si vero aliquẽ tur
cũ aut ſarracenũ repiunt latratibꝫ et morſibꝫ
vſꝗ ad mortẽ inſequũtur. Ex odoratu quip
pe chriſtianos ab alijs diſcernũt. Sꝫ nõ eſt
omittendũ quod experimur de ſanctoꝝ reli-
quijs in quibꝫ tanta eſt odoris fragrantia vt
merito cõfiteri cogamur oſſa illa felicia ſica
deo reſeruata: cũ ſuis aĩabus tandẽ glorifi-
canda. ¶ Scõm genus miraculoꝝ dicitur
ſcaturitõnis. Vtiꝗ ſm̃ naturã fieri non pñt
vt ex aridis oſſibus ⁊ inaĩatis: liquor pfluat
indeſinenter qđ tñ fieri negare nõ poſſumus
Nam ⁊ ſi nõ oĩm tñ multoꝝ ſanctoꝝ corpa
mãna ſcaturiũt. Sic ſci nicolai apđ Barũ.
Sci Andree apud Amalfiã. Sci Matthei
apud Salernũ. ¶ Terciũ genus miraculo-
rum dicitur ꝯditõis. Unde hec eſt ꝯditio in
vero ligno crucis vt in igne ꝓiectũ ⁊ ſi inflã
metur nanꝗ tñ cõburat ſi ponatur in aqua
nõ natet ſed ſubmergat niſi ex miraculo dei.
De ſpina corone dñi adhuc a pleriſꝗ accepi
ꝙ rhodi in paraſceue floret. De colũna que
eſt in ſcõ petro in vrbe maxia teſtimonia de
viſu referre poſſumꝰ: ꝙ ibi vexati a demone
liberant. Aiunt quidẽ illã eſſe in qua dñ ie-
ſus p̄dicabat in templo in hieruſalẽ quieſce-
re ſolebat. In Apulia ꝓpe pulignanũ eſt ec-
cleſia in qua corpꝰ ſci viti requieſcit: in qua
illi qui morſu rabidoꝝ canũ timent interire
abſꝗ vlla medicina liberantur. In ciuitate
Brunduſij reſeruat aduſtũ corpus ſci The
odori martyris cũ veneratõe et deuotõe ꝓpli.
Tpe vero ſiccitatis cũ ꝓceſſionibꝫ et letanijs
corpus illud extrahit: et ſepiſſime immo eo-
dem die pluuia de celo deſcẽdit. Sũt et alia
multa hmõi in religione nr̃a xp̄iana ꝓpter q̃
merito dicere poſſumus. Ꝙ nõ eſt alia natio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tam grandis que habeat deos appropinquã⸗tes ſibi ſicut adeſt nobis deus noſter Jgitur letentur fideles qui credunt in chriſtũ: qꝛ nõ ambulant in tenebris: ſed habebunt lumen vite: in pñti ꝑ gratiam et in futuro ꝑ gloriaꝫ ſempiternam. Amen.

¶ Sermo quadrageſimusprimus de ſingulari electione ſancti Matthie qua ad apoſtolatum aſſumptus eſt.

Annumeratus eſt cum vndecim apoſtolis. Scribũtur hec verba Actuuꝫ.i.c.et in epiſtola hodierne feſtiuitatis. Cupientes laudibus beati matthie inſiſtere: bene eſt vt illius electioneꝫ qua ad apoſtolatũ fuit aſſumptus perſcrutemur. De ipſa quippe copioſe loquitur epiſtola preſens: in qua multa pulcra et notabilia continentur. Jn omnibus tamen que ibi ponuntur: matthie ſanctitas eximia demonſtratur. Jpſe enim apoſtolatum obtinuit non aliqua elatione commotus: ſed ab apoſtolis orantibꝫ et deo reuelante vocatus. Jdcirco vt iſta oĩa deuotius meditari poſſimus tria myſteria de electõne huius apoſtoli beatiſſimi ꝓponimus ↄtemplanda.

¶ Primũ dicitur cauſalitatis.

¶ Secundum qualitatis.

¶ Tercium vtilitatis.

¶ Qualiter ꝓpter peccatũ deſperatõis iudas damnatus fuit: et de grauitate peccati deſperationis. Et cur apoſtoli locum iude voluerunt ſupplere. ¶ Capitulum.i.

Primũ myſteriũ ↄtemplandũ de electõe matthie dicit᷑ cauſalitatis. Fuit nanqꝫ talis electõnis cauſa vt numerus duodenarius apl'oꝝ impleretur. Nam ex caſu ꝛ ꝑuaricatione Jude vndecim tm̃ remanſerãt apoſtoli. Sꝫ vt ꝑs iſta melius intelligatur: tria erunt hic dubia declaranda.

Primum quare iudas damnatus fuit.

¶ Scđm vtrũ deſperatio ſit maximũ pcc̃oꝝ.

¶ Terciũ cur apoſtoli numerũ duodenarium voluerunt ſupplere.

¶ Pro primi dubij explanatõne ſciendũ ꝙ multa fuerunt grauiſſima peccata iude. Primum fuit peccatũ ingratitudinis. Nam xp̃s fecit eum ſuũ diſcipulũ et apl'm ſibiqꝫ familiarem: cui multã benignitatẽ oſtendit. Jpſe vero illũ impie ꝓdidit. Sed quedã hic oritur difficultas. An iudas fuit electus a xp̃o. Nã Lucas.c.vi.ait. Uocauit ſcꝫ xp̃us diſcipulos ſuos ꝛ elegit duodecim ex ipſis quos et apl'os noĩauit. Et inter iſtos annumerat᷑ iudas. Joh. vero.c.xiij.xp̃s dixit. Beati eritis ſi feceritis ea. nõ de omnibꝫ vobis dico: ego ſcio quos elegerim. vbi videt᷑ dicere ꝙ nõ elegiſſet iudã. Ad qđ dicendũ. ꝙ iudas electus fuit ad apoſtolatũ ſ̓m tp̃s. Et hoc dicit᷑ Luce.vi.c.vbi.s.ſed nõ fuit electus ad finalem grãm ꝛ gloriã. Et hoc exprimit᷑ a xp̃o ſuperius Joh.xiij.ca. Si quis ꝓ vlterius quereret. Cur xp̃s elegit iudã ad apoſtolatũ quẽ ſciebat futurũ ꝓditorẽ. Rñdemus quia tũc erat idoneus. vnde ſicut nõ debuit intermittere creationẽ luciferi ꝛ alioꝝ quos ſciebat fore damnandos: ita nec aſſumptõeꝫ iſtius ad apl'atum. Jnſuꝑ xp̃s id facit vt nobis exemplum patientie daret: dũ iudã tolerauit ꝛ illi tanta beniuolẽtie ſigna oñdit. Scđm peccatum iude fuit auaricia. qꝛ vt đr Joh.xij.ca. Fur erat ꝛ loculos habens Fecerat ip̃m xp̃s ↄſeruatorẽ elemoſynaꝝ que ſibi donabant᷑. Jlle vero furto ſurripiebat decimaꝫ ꝑtem vt quidã dicũt. Et ideo ꝓ decima ꝑte quã in vnguento amiſerat ꝓ triginta denarijs dñm vẽdidit. Terciũ peccatuꝫ iude fuit ꝓditio. quia xp̃m ſigno oſculi tradidit. Nam vt đr Matthei.xxvi.c. dedit ſignũ his qui xp̃m capere volebãt dicẽſ. Quẽcunqꝫ oſculatus fuero ipſe eſt tenete eũ. Quartũ pcc̃m iude fuit preſumptio qꝛ p̃ſumpſit oſculari faciẽ illã in quã deſiderant angeli ꝓſpicere. Quintũ pcc̃m iude fuit ſimulatio. dũ dixit Aue Rabi. cũ tñ illi mortẽ ꝓcuraret. Sextũ peccatũ fuit obduratio. qꝛ nullo obſequio: nullis blandicijs: nullis cõminatõibꝫ voluit a ſuo malo ꝓpoſito reſiſtere. Septimũ pcc̃m dicitur deſperatio: qꝛ abiens laqueo ſe ſuſpendit. hoc vno ſolo ꝑfecta fuit damnatio iude. Si enĩ nõ deſperaſſꝫ ꝛ penitentiã verã egiſſet vtiqꝫ poſt tot cõmiſſa flagicia: poſt tot enormia mala: poſt tot nephanda facinora: dei fuiſſet miſcđiam ↄſecutus. O ineſtimabilis pietas bñdicti dei: diſplicent illi q̃cunqꝫ petã: ſꝫ ſuꝑ oĩa deſperatõeꝫ abhorret. Et ſumo hic deſperatõꝫ quã cõcomitatur impenitẽtia finalis: ꝓbamus qđ dicimus. Nam Hiero. ad Ruſticũ monachũ inquit. Nihil ſic offendit deũ ſicut cor ĩpenitens. Solũ deſperatõis crimen eſt qđ veniã ↄſequi nõ poteſt. Et Leo papa de pe.di.iij.c. inter omnia. iudam ſic alloquitur. Sceleratior omnibꝫ o iuda ꝛ infelicior extitiſti quẽ nõ penitentia reuocauit ad dñm: ſed deſperatio traxit ad laqueum. ¶ Secundũ dubiuꝫ fuit vtrum deſperatio ſit maximũ peccatoꝝ. Ad quod rñdet Tho. ſ̓a ſ̓e.q.xx. ꝙ peccata que opponunt᷑ virtutibꝫ theologicꝭ ſunt ſ̓m ſuũ genus alijs peccatis grauiora. Cum enĩ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf